76

1578

106.

VIII B 20 / 98

H

ut rursus adueniat. Annunciat de ea
amico suo quod possessio eius sit: et ad eam
xxxvij. possit ascendere. Super hoc expauit cor meum.
et emotum est de loco suo. Audite auditio
nem in terrore uocis eius: et sonum de ore
illius procedentem. Subter omnes celos ip
se considerat: et lumen illius super terminos
terre. Post eum rugiet sonitus: tonabit
uoce magnitudinis sue. et non inuestiga
bitur cum audita fuerit uox eius. Tonabit
deus in uoce sua mirabiliter: qui facit magna
et inscrutabilia. qui precipit niui ut descen
dat super terram. et hiemis pluuiis. et imbri
fortitudinis sue: qui in manu omnium
hominum signat. ut nouerint singuli opera
sua. Ingredietur bestia latibulum: et in
antro suo morabitur. Ab interioribus egre
ditur tempestas: et ab arcturo frigus. Flante
deo concrescit gelu: et rursum latissime
funduntur aque. Frumentum desiderat nubes:
et nubes spargunt lumen suum. que lustrant
per circuitum. quocumque eas uoluntas gub
nantis duxerit: Ad omne quod preceperit
illis super faciem orbis terrarum. siue in una
tribu siue in terra sua. siue in quocumque
loco misericordie sue eas iusserit inueniri. Aus
culta hec iob: sta et considera miracula dei.
Numquid scis quando preceperit deus pluuiis.
ut ostenderent lucem nubium eius? Num
quid nosti semitas nubium magnas. et
perfectas scientias? Nonne uestimenta tua
calida sunt cum perflata fuerit terra austro?
Tu forsitan cum eo fabricatus es celos. qui
solidissimi quasi ere fusi sunt. Ostende no
bis quid dicamus illi: nos quippe inuol
uimur tenebris. Quis narrabit ei que
loquor? Etiam si locutus fuerit homo de
uorabitur. At nunc non uident lucem.
Subito aer cogetur in nubes: et uentus

ueniet. et a deo formidolosa laudatio.
Digne eum inuenire non possumus. Magn
fortitudine et iudicio et iustitia est: et enar
rari non potest. Ideo timebunt eum uiri:
et non audebunt contemplari omnes qui
sibi uidentur esse sapientes. Responde
autem dominus iob: de turbine dixit.
Quis est iste inuoluens sententias serm
nibus imperitis? Accinge sicut uir lumbo
tuos. interrogabo te et responde michi.
Ubi eras quando ponebam fundamen
terre? Indica michi si habes intelligen
tiam. Quis posuit mensuras eius si no
uel quis tetendit super eam linea[m]
quo bases illius solidate sunt? Aut q
demisit lapidem angularem eius cum m
laudarent simul astra matutina
bilarent omnes filii dei? Quis concl
ostiis mare. quando erumpebat q
uulua procedens. cum ponerem nub
uestimentum eius. et caligine ill
pannis infantie obuoluerem? Cir
dedi illud terminis meis. et posui u
tem et ostia: et dixi. Usque huc uenies
et non procedes amplius: et hic confrin
ges tumentes fluctus tuos. Numquid p
ortum tuum precepisti diluculo. et os
disti aurore locum suum: et tenuisti co
cutiens extrema terre. et excussisti imp
ex ea? Restituetur ut lutum signaculum
et stabit sicut uestimentum. Auferetu
ab impiis lux sua: et brachium excels
confringetur. Numquid ingressus es pro
da maris. et in nouissimis abyssi deam
bulasti? Numquid aperte tibi sunt po
te mortis. et ostia tenebrosa uidisti?
Numquid considerasti latitudinem ter
Indica michi si nosti omnia: in qua
habitet lux. et tenebrarum qu